

receptum sit, quomodo praediximus, constat manifestissime, etiam seclusa alia iuris dispositione, nobilem non amittere privilegia nobilitatis, eo quod officium tabellionatus exercet.

22 Non etiam obest, quod exercens tabernam amittat privilegia nobilitatis, ut praediximus: quia id diuersu est a nostra questione, & praeterea intelligi debet, nisi quis per alios id exerceat, ut laic probauit Tirag. d. c. 22. n. 7. & seq. Alciat. in l. mercis appellatone, n. 9. ff. de verb. signi. Nec quod decurio exercens artem notariatus perdat decurionatum: quoniam ex supradictis factis fit huic.

23 Ultimo non obest, quod ex sententia quorundam adductum fuit, infamem nempe posse tabellionem creati Nam contrarium est verius & receptius, ut latissime per plures columnas id deduxit Doct. Couat. vbi supra, n. 5. qui omnino est videndus. De nobili exercente officium procuratoris extra curiam, an amittat privilegia nobilitatis, videndi sunt latissime Titag. vbi supra, cap. 30. per totum, & Doct. Couat. etiam vbi supra, n. 7.

24 Ex quibus omnibus illud indubium remanere videtur, quod etiam Decuriones, hoc est, rectores populorum, & curati, ratione sui officii non sunt immunes a contributione tributorum Regi facienda, vbi in hac nostra l. Regia in v. si. l. no. nismo mandamus. Et de iure communi tenet Angel. in l. ediles, ff. de via publi. Lucas de Penna in l. 1. C. de immuni. nemi. conced. lib. 10. gl. in l. si quis, §. honoris, ff. de honorib. & honor. prout referet Auend. in 1. part. cap. 4. Prator. n. 27. Pro qua opin. est bonus tex. per locum ab speciali, in l. si quis Decur. la. segunda, C. de Decur. lib. 10. Tamen si nobilis origine, hoc est, hidalgus, officium Decurio, non ob hoc non aliquid fuis nobilitati derogabitur, cui potius officii decurionatus sit honorificum, & qui se comparat cum nobilitate, ut per totum, C. de Decur. lib. 10. & praecipue in l. 1. & 3. eiusdem tit. hic enim absque dubio cessant omnes rationes contra nobilem officium tabellionis exercentem adductae, tamen eadem etiam contra eum minime vergeant, ut supra vidimus.

SVMARIA.

- 1 Iure communi, an signum notarii in protocollo necessarium sit, & quid iure Regio.
- 2 In scripturis exte. de scriptis signum notarii requiritur praecipue iure nostro Regio.

L. 12. tit. 22. lib. 4. Nouz Collect.

Regiz.

QUESTIO CXXXVIII.

Quaeritur circa l. 12. tit. 22. lib. 4. Nouz Collectio Reg. quae se habet obligados en fin de cada anno de signar los registros que auieren hecho en aquel anno quid in hoc iure communi statutum sit, ut sciamus, an l. hac iuris communi conformis sit, nec ne: Et videtur, signum notarii in protocollo ipsius esse de substantia, ut tenet Angel. in l. Lucius, ff. de mil. testamento, vbi Bald. idem sequitur, sequuntur etiam alii plures relati per Roland. a Valle conf. 44. nu. 22. tenet Decius conf. 447. nu. mer. 5.

Sed idem Bald. in l. fideicom. §. ff. de legat. 3. contrarium existimat, & inquit Bartol. in 1. constitutione, ff. vet. colum. 2. vob. secundo aduertit. non reperiri specificae & expresse decurionis in iure, quod signum sit de necessitate instrumenti, ac proinde tenet, quod si est constructum apponi in instrumento, debeat apponi, alias secus tenet Cardin. in c. cum p. tabellio, de iude instrum. ut referet Ecli. vbi, numero quinto, et seq; hanc communem opinionem pluribus allegatis, qui eam sequuntur, tenet

statu Roland. a Valle vbi supra, nu. 40. loquuntur tamen in instrumeto. Verum in protocollo notarii Ioan. Orosc. in l. si quis, ex argentiarius, §. si institum, nu. 68. & seq. hanc secundam partem probat, constanter tenens iure nostro Regio in instrumetis publicis exte. de scriptis signa tabellionu pro instrumentis substantia exigi, negat tamen signa in protocollo, aut iure Romano, aut nostro per l. aliqua exigi, alias enim a pragmatica Regia (quae refertur in l. 12. huius tit. quae de forma faciendi a tabellionibus protocolli tradita est, hoc non omittitur, quae tamen de aliis solemnitatibus diligenter adeo expressit, vt & hanc, si necessaria existimaret, minime omitteret, idem censuit egregius Doct. Anton. de Padilla in l. si qua beneficia, nu. 15. C. de diuers. scriptis, dicens: In protocollo sane in his Regis receptis non est signa tabellionum apponuntur.

Vides igitur, quomodo hi duo Hispani profundi iurificulsi lapsi sunt, dum existimant iure nostro Regio non requiri signum tabellionis in protocollo notarii, cum contrarium expressissime cautum fuerit in Regiis curiis Tholozano 1525. petitione 31. & Segnovia anno 3. petitione 86. et huius in hac praesenti nostra l. 12. tit. 22. lib. 4. Nouz Collect. Reg. & per Doct. Burg. de Paz. n. 1244. in loco vbi statim allegabitur Sicque iure nostro expedita iam questio est per l. no. nismo, quae cauetur, vt tabellionis tenentur signare in fine cuiuslibet anni registra seu protocolia a se confecta illo anno, prout accuratus animaduertit insignis Doct. Couat. in praed. §. 19. n. 2. vbi praedicta capita curiarum Regiarum allegauit, & Matien. in l. 2. gl. ff. 7. nu. 3. tit. 4. lib. 5. Nouz Collect. Regis: Iure autem communi existimo secundam opinionem supra positam, vetiorem esse, cum nullibi expressum aliud reperitur in protocolli: Tamen si in scripturis exte. de scriptis illud inueniatur requisitum, ut in l. 1. C. de offi. vbi. Siguan. quod solitum est chartis imponat, tex. in Auth. de instrument. cautela, §. oportet autem, quod & antiqui & recentiores frequentius fatentur, secundum Ioan. Orosc. vbi supra, nu. 61. et seq. quae communis, vt plures referens testatur Doct. Anton. de Padilla vbi supra, nu. 14. dicens eam approbati in l. 1. §. 18. part. 3. vbi Greg. Lop. in gl. sub signo inquit in nostro Regno decurionum esse, quod requiritur signum per illam l. 1. quod ita factum est, quod & manifestissime probari videtur in l. statim seq. & in l. 1. §. 10. part. 1. & del. l. 4. hoc casu loqui (vt in fine eiusdem) expresse intelligit Orosc. vbi supra, nu. 69. Eandem sententiam, nempe quod in instrumentis exte. de scriptis iure debeat apponi signum tabellionis, refert Doct. Couat. plures tenere, in praed. quae 17. c. 2. nu. 5. vbi ait penes omnes illud esse constitutissimum, hanc solemnitate potius consuetudinis iure, quam lege scripta inductam, & eius omissionem instrumentum subuertere: Eandem protem sententiam, quod requiritur signum tabellionis in scripturis publicis, tenent plurimi relati per Burg. de Paz. in l. 3. Taur. secund. part. c. l. cum l. 7. n. 12. & seq. inter quos refert Crauetam conf. 72. dicentem esse hanc opinionem receptissimam. Et licet Anton. & Imol. in cap. 1. de iude instrum. & alii dicant, quod omisso signi, tanquam modice solemnitate non vitiat instrumentum, supradict. opinio affirmatiua est communior secundum Felin. vbi idem, numer. 15. quam sequitur etiam Ioan. Matien. in l. 2. tit. 4. gl. ff. 7. nu. 1. lib. 5. Non Collectio. Reg. & Burg. de Paz. conf. 120. nu. 2. vbi dicit communem: Et ita est tenendum, quia in nostro Regno consuetum est apponi signum tabellionis in scripturis exte. de scriptis, alias fidem non facient, nec merebuntur executionem, vt in praedict. legibus Regiis supra allegatis & alii cauetur, sicque ipsius signi omisso vitietur instrumentum, ut in l. 1. §. 4. per quosdam tenet Doct.

Doct. Couat. d. c. 20. nu. 5. & Burg. de Paz. d. nu. 1243. vbi de mun. et seq; communis vt modo de duximus: quae consuetudinem esse generalem aliqui insinuant, quos refert Burg. de Paz. vbi supra, in priori loco allegatus, nu. 1243. Vnde non sunt audiendi, qui contrariam opinionem iure communi tenendam esse existimabant, proferentes esse communem, relati a supra citatis auctoribus: & in signo tabellionis vel notarii, idem existimabant nempe non esse omnino necessarium ad instrumenti perfectionem, Menoch. conf. 48. n. 15. dicens ex Alex. & Calis. eam esse magis receptam opinionem: Nam iure communi & nostro Regio veteri communis & tenenda est, quam praedixi, nempe in scripturis publicis exte. de scriptis necessarium esse signum tabellionis per supradicta quamuis vtraque opinio ex iure consuetudinario possit admitteri secundum opinionem plurium, Doctorum, quam tantum vetiorem, refert atque probat Roland. a Valle d. conf. 44. n. 40. lib. 5. & testatur eodem Cognol. relatus a Padill. vbi supra, d. n. 4. in si. & esse magis commune dictum Doctor censet Burg. de Paz. vbi supra, n. 241. In nostro tamen Regno absolute dubio necessarium est praed. signum tabellionis in scripturis publicis, vt supra est dictum.

SVMARIA.

- 1 Subscriptio tabellionis vel notarii, an requiratur in protocollo vel i. registro affirmatur.
- 2 Limitatur si in fine protocolli sine registri illius anni esset subscriptio & signum ipsius tabellionis vel notarii, at testantur omnes scripturas contentas in registro praesentis anni apud se receptas fuisse.
- 3 Subscriptio notarii videtur includere effectum omnium praemissorum, ad quae habet relationem.
- 4 Subscriptio tabellionis requiritur etiam in scripturis exte. de scriptis, alias instrumentum non valet.
- 5 Subscriptio tabellionis requiritur, tam in testamentis in scriptis, quam in aliis instrumentis publicis signatis: idem in firma.

Eadem l. 12.

QUESTIO CXXXIX.

Quaeritur circa eandem l. 12. an in protocollo notarii, & sic in registro requiratur, & si de substantia subscriptio ipsius tabellionis, nec ne: Et videtur illam non esse necessarium: cum in nostra l. expresse non requiratur, sed tantum signum tabellionis in fine registri, quoniam cuiuslibet anni. Secundo, quia l. 13. statim sequens, quae ponit formam & solemnitates protocolli sine registri tabellionis, illam quoque non requirit, quinimo contrarium videtur probari in illo versu Y que en las escrituras que ansí dixeré signadas me quito ni an adan palabra alguna de lo que estuviere en el registro, salvo la suscriptio. Ergo si subscriptio tabellionis addeda est in scriptura signata, videtur quod in registro no est necesse eam apponi, nec eam appositam fuisse: nam de subscriptione partis non potest intelligi, cum ipsa ex verbis praecedentibus eiusdem l. praecipiat apponi in registro. Nec obstat si dicatur, illa verba, Saluo la suscriptio, non esse referenda ad cetera praecedentia, sed ad illa. No quod quasi sit exceptio, La suscriptio del no quit ar. & sic quod subscriptio tabellionis apposta in registro, tollatur in scriptura exte. de scriptis: Prae hoc namque absonum est & minime vitiatum: Vnde hac exceptio, Saluo la suscriptio, relictus referri videtur ad proximiora, & sic, al no annadas.

Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum, imo quod in protocollo & registro tabellionis requiritur ipsius subscriptio: quod probatur ex eadem nostra l. 12. considerando ipsius mentem & rationem, nempe, ideo requiri signum tabellionis ab hac leg. in

protocolli & registris notariarum, scilicet, Por escusar la dificultad que aya en aueriguar la letra de los registros, despus de fallecidos los escriuano, vt in hac ead. l. Ergo requiritur cum signo tabellionis simul & scriptis subscriptio: alias enim ex solo signo sine subscriptione, ne, No se escusaria la dicha dificultad de aueriguar la letra de los registros. Sicque pro constituto habuit lex requiri subscriptionem notarii in registris ipsius, factisque id expressisse existimatur praecipiendo plenum interuenire: Et in terminis ista nostram legem intellexit (quauis non ita eam ponderet) Doct. Couat. in praed. §. c. 20. n. 1. & in protocollo iure Regio praed. subscriptione opus esse affirmat Doct. Anton. de Padilla in l. si qua beneficia, n. 5. C. de diuers. scriptis & probat Ioan. Orosc. in l. si quis ex argentiarius, §. si institum, n. 69. & 70. ff. de ede. d. dicens esse consuetum. Idem de iure alios allegans probat Burg. de Paz. conf. 20. nu. 4. aduers. relatos a Curt. Iunior. conf. 126. nu. 1. Idem tenuit Bald. in l. contractus in versu sed que re hic, n. 5. & 6. C. de instrum. dicens, quod imbreuitate non probant, vbi non est subscriptio tabellionis cum signo: sequitur alios referens Decius, conf. 47. nu. 4.

Existimo tamen quod si in regno aliqui scripturae, vel forsan plures, ipsa subscriptio tabellionis deficeret, in fine tamen registri illius anni, vbi deficeret in aliquibus subscriptio esset signum & subscriptio ipsiusmet, notarii, attestantis omnes scripturas contentas in registro praesentis illius anni per se receptas fuisse, sufficere iuxta hanc nostram legem cuius haec videtur fuisse mens, praeterquam si solum se referret tabellio in subscriptione praedicta ad illas scripturas praecedentes, quae suo nomine essent subscriptae: tunc enim illae tantum valeret Cetera vero, quae praedict. subscriptione carere ut, minime, per supradicta, Quod probatur, quia subscriptio notarii videtur includere effectum omnium praemissorum ad quae habet relationem Ita concludit Petrus Ancharan. conf. 23. sequitur Alexand. conf. 14. nu. 18. vbi scilicet quinto probatur, lib. 6. & eos referens Decius vbi supra, numero nono. Et ita est tenendum, quamuis Ioan. Matien. in l. 2. gl. ff. 7. numero tertio, tit. 4. l. bro quinto, Nouz Collect. Reg. teneat per nostram legem signum tabellionis apponi debere in quolibet anno, & in quolibet scriptura illius anni: hoc enim si ad signum de quo nostra l. 12. agit, referatur (vt sonat litera Matien. in) eidem legi aduertitur quae tantum requirit. Que los escriuano sean obligados en fin de cada un anno, de signar los registros que enteré fecha, a quel anno, y no cada escritura. Si vero ad subscriptionem tabellionis quod non videtur, cum signum sit diuersum a subscriptione (de hac lege nostra non loquitur, & praeterea non procederet adhuc ipsius hae sententia si de subscriptione loqueretur, sed tenendum est, quod modo praediximus.

Non obstat modo primum fundamentum primae partis in quest. principali quoniam ipsum iam est dilatum ex fundamento pro secunda parte veteri adducto, Non obstat & secundum, ibi, Saluo la suscriptio, quia hoc intelligitur de alia subscriptione, quae apponi debet in scriptura signata, prae illam, quae fit facta in registro, vt communiter ferri videmus. Imo & alias in scripturis exte. de scriptis, praeter signum tabellionis, requiritur & ipsius subscriptio, alias instrumentum absque ea non valet, vt probat tex. singul. in l. 2. C. de conuend. sive. debet. lib. 10. ibi, Tabularius non subnotauerit, & ibi Bald. colum. fin. & Lucas de Pen. colum. 2. text. & gloss. in authent. de instrum. caut. & fid. §. sed & si instrumenta, collat. 2. & in authent. de tabell. in princip. collat. 4. ibi, Subscriptioem habens gloss. magna in l. generalis, C. de tabul. lib. 10. approbatur in l. 1. §. 1. tit. 18. p. 4. infirmat. l. 55. statim sequens, l. 10. tit. 13. ead.



part. sequuntur plures relati per Doct. Burgos de Paz in l. 1. Tauri. 3. part. conclus. 7. num. 12. q. 6. Et sequentibus ubi etiam allegat bonum rex. in l. ad testum. §. si quis ff. de testam. ubi Bald. & Paul. hoc expresse notant. Et ita est tenendum, quamvis in contrarium dicat esse magis recepta sententiam plures allegans Menoch. conf. 48. num. 13. volum. 1. Verum predicta iura & Doct. intelligit Burg. de Paz ubi supra, n. 1251. procedere non de subscriptione, que vulgo firma vocatur. sed de subscriptione à tabellione efficienda, in qua eius scribens nomen, propria subscribit manu, illa scripturæ testibus presertim adfuisse, ea subiugens verba, que in d. l. 54. conferuntur & que Doct. in locis per eum allegatis comemorantur que subscriptione (non vulgo firma nuncupata) quotidie tabellionibus in scripturis confectis, secundum ipsum, & illam tabellione effici necessarium esse probat.

Quare fhis attendis, & etiam l. 3. Tauri, qua est hodie l. 2. tit. 1. lib. 4. Nova Collect. Reg. ubi non requiritur subscriptio tabellionis in testamento in scriptis sed tantum ipsius signu, existimat & probat ipse Burg. de Paz ubi hodie non requirit firmam tabellionis in testamento in scriptis. Ego vero subscriptionem predictæ tabellionis esse necessariam probavi, tam in testamento in scriptis, quàm in aliis instrumentis publicis signatis, ut patet ex l. 13. statum seg. ubi. Saluola li. 6. subscriptionem, que lex in omnibus scripturis loquitur & procedit sicq; comprehendit testamentum, quod non mutatur in testamento in scriptis, per d. l. 3. Tauri, quoniam ipsa requirit signu tabellionis & sic necessario adesse debet & eiusdem subscriptione firma autem ipsi quamvis non repetitur expressum, ut interueniat, illa tamè generali consuetudine requisita censetur. Nam communiter semper apponi consuevit. In protocollis autem subscriptio alia, quam firma tabellionis interuenire non solet, & ita contra Burg. ubi supra, rectius in proposito probauit nostram sententiam post hæc scripta visus Io. Mati. in d. l. 1. §. 7. nu. 4.

SVMARIA.

- 1. Quot testes requirantur in scripturis publicis coram tabellione receptis pro ipsarum valore & substantia: res soluitur sufficere duos, tamen si tres communiter apponantur.
2. L. 54. & l. 111. & 114. intellectus atque concordia.

L. 13. tit. 13. lib. 4. Nou. Collect. Regiz.

QUESTIO CXL.

Quæro circa l. 13. tit. 13. lib. 4. Noua Collect. Reg. ubi, si los testigos, quot testes requirantur in scripturis publicis coram tabellione receptis pro ipsarum valore atque substantia: Et quidem constat tres testes esse necessarios per l. 54. ubi, Tomen por testigos tres homes buenos, tit. 18. par. 1. l. 1. tit. 9. lib. 1. fori, ubi Montal. notat, & ex illis illa tenet expresse D. Couar. in practice, quæst. c. 20. nu. 4. & Ioan. Orosc. in l. si quis ex argentiarius, §. si in iurium, nu. 54. ff. de eden. & sic communiter per tabelliones consuetum esse apponi in instrumentis publicis tres testes, & esse apponendos admonet præcticus Monterro. in 7. tract. de rescript. publ. fol. 117. pag. 2. & folio 151. pag. 1. Sed duos testes tantum sufficere probat l. 111. cod. tit. 18. par. 1. ubi. E los nomes de dos testigos à lomenos. Quod si replices, illam l. hoc probare à contrario sensum inquit Orosio, no vale la carta publica, en que no sea escrito el mes, e el dia, e la era, en que fue fecha, e los nomes de dos testigos: Ergo à contrario sensum, cum duobus testibus & ceteris solemnitatibus quibus ibi, valeret quod argumentum à contraario sensu non procedit, quoties est contra legem antiquam, prout videtur

hoc esse contra d. l. 54. superius citatam, ubi testes requiruntur, & sic potius esse standum declarationi d. l. 54. Aliter alteram legem Regiam, que directè & expresse probat duos tantum testes sufficere, nempe l. 114. cod. tit. & part. ubi inquit, E unde dicitur, que toda carta que sea fecha por mano de escriuano publico, en que aya escritos los nomes de dos testigos al menos, e el dia, e el mes, e la era, e el lugar en que fue fecha, assi como de sus moltramos, §. vale para probar lo que en ella dixere, quorum legum non meminere Doct. Couar. nec Orosc. ubi supra. Quare existimo tenendum in rigore sufficere duos testes apponi in scripturis publicis ad ipsius valorem, tamen si tres communiter apponantur, nihilominus tamen duo sufficiunt, iuxta l. Regias postremo loco allegatas: Non obstantè dict. l. 54. in verbis supra relatis, quia dum dicit, Tomen por testigos tres homes buenos, intelligenda est, vel duo ad minus, ut dicit d. l. 114. & sic quod dicit l. 54. intelligatur per d. l. 114. que est posterior, ut vna alteri conueniat: Et in terminis hanc concordiam tenet & probat Gregor. Lop. in d. l. 1. §. 1. Tres homes. Pro quo ultra ipsum considero eandem l. 54. in verbis precedentibus, & abonda en toda carta publica que sean dos escriuanos publicos. Loquitur enim ibi ad abundantiam, & non de necessario, statimque sublequitur: O si por auentura tantos escriuanos publicos no pudiere auer, e el lugar, tamen por testigos tres homes buenos. Sicque versiculus hic potest intelligi iuxta præcedente, id est ad abundantiam, cum eodem casu loquatur, non vero de necessitate, prout loquuntur ceteræ l. posteriori loco allegata, requirentes duos testes ad minus, quod iure comuni magis conuenit, iuxta gl. communiter approbatam in c. 1. de fide instr. Item à diuino, quod habet, ut in ore duorum, vel trium, ster omne verbum, ut in Mart. c. 18. & Luca. c. 17. referuntur in c. in omni negotio, de testib.

Et ita teno, attento etiam iure Regio per supradictæ securis sic adicere tres testes ad maiore abditiam. Nec nocet quod Olan. in suo Epilogo legu Partit. fol. 259. n. 49. dicit, nempe d. l. 54. & 55. statim sequens abrogatas esse in eo, quod duos tabelliones testes in instrumento adesse sufficere dicebat, quoniam hoc non fuit vsu receptum, nisi in ciuitate Hispalensi secundum Greg. Lop. ibi, quia nec hic Olanus memor fuit ubi dictatum legu 111. & 114. nec Greg. Lop. dicit, non fuisse vsu receptum, duos tabelliones testes in instrumento adesse sufficere, sed quod non feruatur, nisi in ciuitate Hispalensi, ut testes sint tabelliones, & ipsi scribatur sua nomina, non tamen negat eos sufficere: quinimo in gl. statim sequenti id concedit, etiam si præd. duo testes non sint tabelliones, sed alii, per d. l. 111. & 114. ut prædixi.

SVMARIA.

- 1. Rogitus notarij sue tabellionis, an sit necessarius ad valorem, & pro substantia instrumenti publici? & n. segg. ubi nu. 3. resoluitur negatiue.
2. In dubio notarius non presumitur rogatus, nisi id apponat in instrumento.
3. Rogitus notarij presamitur, ubi in instrumento apponitur clausula, actum & receptum tali loco, & c.
4. Ex partium subscriptione, earum elucet consensus & voluntas, scripturarumque approbatio.

Eadem l. 13.

QUESTIO CXLII.

Quæro secundo circa eandem l. 13. an prater solemnitates in ea contentas, requiratur ad valorem & pro substantia instrumenti publici rogitus notarij sue tabellionis? Et videtur ipsum esse necessarium, adeo ut alias instrumentum sit nullum rex. in Austria de

shenz. de tabellion. §. nos autem, in l. 1. glossa in verb. iniungatur Innocent. & omnes in l. circa fin. in versic. item nota vtile & se. de fide instrum. Angel. consil. 107. & 220. col. 1. Cephal. consil. 294. num. 37. Est vera & communis opinio, ut ex Alex. referit arg. testatur Menchac. de success. creatione, §. 15. n. 9. ubi loquitur in instrumento testamenti, & nouissime Præcticus Mantica de conuictor. olim. volum. lib. 2. tit. 12. n. 1. Quod si adeo verum est, & procedit, ut in dubio notarius non presumatur rogatus, nisi id apponat in instrumento, eo quod rogare de receptione instrumenti seu notæ, est quod facti, & facta non presumuntur, nisi probentur, ut in l. in bello, §. facta ff. de c. & postum. reuerf. Et quia hæc est solemnitas extrinseca, que non presumitur, ut in l. quæcurque, §. si ff. de Publicis. & interminis ita tenet plures allegans Felin. in c. 1. num. 2. de fide instrum. Roland. à Valle consil. 44. nu. 26. lib. 1. is dicit communem plures referens & cam limitans 17. modis Menchac. ubi supra, numer. 10. & sequentibus. Testatur etiam esse hanc magis receptam Doctorum sententiam frequentiori calculo plurimos eam tenentes congerens idem Roland. à Valle consil. 55. num. 4. & 6. lib. 4. reprobandus gl. in d. §. nos autem Bart. & quoddam alios contrarium tenentes & præterea n. 8. reprobat distinctionem Bald. in Rubr. de fide instr. col. 3. sequitur Bern. consil. 92. n. 8. vol. 1. dicens, quod quando inter notarium & partes lis est de rogitu in dubio notarius non presumitur rogatus: sed quando solum inter partes dubitatur, rogitus presumitur ex eo solum quod notarius in instrumento scriptus, quia indistincte secundum communem non presumitur rogatus notarii: Eandem primam sententiam plurimos referens testatur communem Mantice loquens in testamento in scriptis, in l. 2. tit. 4. lib. 1. Nova Collect. Reg. gl. 4. num. 7. quamvis ibi, n. 8. alios allegans dicat quod presumitur rogatus si notarius scribit & subscribit testamentu maxime attento stylo, vsu & consuetudine notarij nostri regni, qui hanc opinionem approbatum secundum ipsum, qui stylus attendendus est. Eandem sententiam quod in dubio non presumatur dict. rogitus, nisi ex verbis necessario inferatur, quia potuit tanquam testis subscribere testatur esse magis communem plures referens Mantica ubi supra, num. 5. quamvis contraria sit etiam communis, ubi per eum.

Sed nihilominus contraaria sententia est tenenda, imo quod seruata forma huius nostre l. in scripturis publicis conficiendis, non desideretur alius expressus rogitus tabellionis. Primo, quia lex nostra assignat & introducit speciem formam omnino seruandam in instrumentis publicis conficiendis, & substantiales solemnitates enumerat, que necessario debent in ipsis interuenire, sine quibus instrumenta corruunt, ut constat ex illis verbis: T se bogar todo lo juro dicho, lo pena que la escritura que de otra manera se diere signada, sea en si ninguna, y el escriuano que la hiziere, pierda el oficio, y dando en adelante sea inhabil para auer otro, y sea obligado a pagar à la parte el interese. Si ergo rogitus expressus tabellionis, vel attestatio ipsius requireretur pro substantia, & valore instrumenti, ea solemnitas minime omisisset lex nostra, aliam nesceret defectuosa, imperfecta & manca: quod dicere, esset absurdum.

Secundo, nostra lex præcipit atque requirit, quod in instrumentis publicis apponatur dies, mensis, annus, & locus, vel domus, ubi recipiuntur: & ita communiter solet opponi, Que fue fecha y otorgada en tal lugar, 4 dias, mes y año. Perquam clausulam, nèpe actum in tali loco, probatur instrumentum publicu, & rogitus demonstratur vel presumitur, quia præd. verba significant rem perfectam secundum Bald. in Auth. quod sine C. de testib. Paulus de Castro in si quis, ff. de testam. sequuntur plures relati per Roland. à Valle dicit. consil. 44.

mer. 41. & in dicit. consil. 55. num. 7. ubi post Felin. idè affirmat esse, si notarius dicat, Publiciani, quia notarius non possit conficere instrumentu nisi rogetur, secundum Bat. in l. sciendum, colun. fin. vers. quanto ergo. n. 1. ff. de verborum obligat. quem etiam sequitur Mench. ubi supra, n. 10. & Mantica ubi supra, n. 7. dicens esse magis communem, & communem quam referat Roland. ubi supra, sequitur cum aliis Mantice ubi supra, num. 9. & Mantice ubi supra, numer. 8. Aliquid tamen differt inter Doctores, utrum requiratur quod dicta verba sint apodicta in fine instrumenti, vel sufficiat quod in principio apponantur, ut constat ex dictis locis, ubi quod si sunt apodicta in fine, est indubia præfata sententia. Sed quod ad nostrum propositum attinet in hoc nihil interest, tum ex priori fundamento pro hac parte adducto, tum etiam ex sequentibus: & quia communiter tabelliones præd. verba in fine instrumentorum solent apponere.

Tertio, quia in nostra l. etiam præcipitur pro forma, Que assi como fueren escritos las tales cosas, los escriuanos las lean presentes las partes y los testigos, y las partes las otorgaren las firmes de sus nombres, y suso supervisione firmar, que firme per ellos qualquiera de los testigos, o otro que sea escripto, y que el escriuano haga mención dello. Quo igitur pacto potest hoc fieri, nisi præcedente rogitu & voluntate partiu superdita erit alia expressio: Nè þ ex partium subscriptione earum elucet consensus & voluntas, scripturarumque approbatio, ut in l. si ego, v. dotis, ff. de iure dot. l. per §. ubi Bald. C. si certum petat, traditur, n. l. si 114. §. Ch. y signos ff. de verborum obligat. ubi Iason colun. 2. Alex. ind. consil. 14. in ep. ponderatis, colun. 1. & 2. n. 3. & 8. lib. 2.

Quarto quia non est presumendum contra tabellionem quod consecerit aliquod instrumentu falsum, quia esset delictu, hoc est: Sin auer le otorgado las partes, argum. l. merito ff. pro socio Ergo Si le otorgaron, fue rogado y llamado el escriuano: porque el de suyo lo auia de hazer si las partes no lo pidieran. Et ideo consulto lex nostra omisit expressionem huius rogitus, quandoquidè ex ceteris solemnitatibus ab ea requisitis satis is exprimitur atque demonstratur: quia potissimum ratione & aliis pluribus iuridicis hanc notat partem cum communi, aduersus magis communem: priorem sententiam merito probatur nouissime Mantica ubi supra, n. 11. & sequenti. Sed ad maiorem cautelam nonnulli, vel plures tabelliones solent in instrumentis publicis signatis, que partibus tradunt adicere, Eyo fulano escriuano, que presente soy en vno con los testigos, al otorgamiento de la dicha escritura de pedimento de los dichos partes, la haze hazer, y la signe, & c. Quod omittatur, non vitiat, cum satis presumatur ex supradictis.

Nonnulla circa sigillum & subscriptionem notarij in protocollo, tradit Doct. Burg. de Paz consil. 14. nu. 4. & sequenti.

SVMARIVM

- 1. Subscriptio testariorum, hoc est firma, requiritur in codicillis, & in testamento nuncupatis, aliis erunt nulli codicillis vel testamentum.

Eadem l. 13.

QUESTIO CXLIII.

Quæro tertio circa eandem l. 13. an ea attenda, i sicut in testamento in scriptis requiritur subscriptio testariorum per leg. 3. Tauri, ita etiam eadem requiratur in codicillis, & in testamento nuncupatis? Quam questionem, tanquam dubiam admodum, examinavit latissime in vtramque partem Doct. Burg. de Paz in d. 3. Tauri. 2. par. conclus. 3. numer. 102. 4. & pluribus sequenti.



quia affirmatiuam opinionem probauit, respondens fundamentis contrarie partis, & resoluens nullum esse testamentum nuncupatiuum, nisi a testatore subscribatur, hoc est se firmet: que sententia mihi placet per adducta ibi per eum, & precipue ex litera nostre l. que generaliter loquitur in omnibus scripturis, quam sententiam ante eum quoque probauit Greg. Lop. in l. 1. tit. 1. par. 6. gloss. su. nome. & non displicet Cou. in c. eum esse, nu. 2. de testam. in secund. edition. & nouissime eandem questionem latissime ad utramque partem disputauit Ioan. Matien. in l. 1. tit. de los testamentos, lib. 3. Noua Collect. Regia. gl. 1. nu. 7. & seq. ubi hanc nostram sententiam probauit, & Doct. Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinam. fol. 90. aduersus Auen. 2. p. cap. 16. prator. num. 1.

SVMMARIA.

- 1 Notarius vel tabellio, an debeat prius cognoscere partes, vel sufficiat, quod tempore receptionis instrumenti illos agnoscat, audiens illorum verba & cognominata prius probatur.
2 Tabellio vel testes affirmantes cognoscere partes contra rei veritatem, hoc est eas talib. nominib. vocari, cum illis non vocentur sed aliis, tenentur partibus lesa ad damna & expensas, etiam de facie dolo, & preterea poena extraordinaria puniri poterunt.

L. 14. tit. 25. lib. 4. Nou. Collect. Regiz.

QUESTIO CXLIII.

Quo circa l. 14. tit. 25. lib. 4. Noua Collect. Regiz. ibi: T si el escriuano conoziere al otorgante, de se en la subscripcion que le conoze, an sit necesse, quod notarius hoc casu habuerit contrahentes prius notes, vel sufficiat, quod tempore receptionis instrumenti illos notes habeat audiens illorum verba, nomina & cognomina: Et videtur hoc loc esse, & quod notarius seu tabellio dicat, Talis dicens se Titium, vt probat in terminis Ioan. Andreas in addit. ad Speculat. in Rubric. de instrument. edict. verficul. sed nunquid personas, quam opinionem sequitur ex professo Bald. in Rubric. nu. 11. C. de fide instrument. referri Ioannem And. simpliciter in son. in l. final. in princ. numero quarto in fin. Cod. de iur. delib. Carolus Ruinus consil. 189. incip. circa primam, numer. 17. libr. 1. sequitur hanc opinionem Montan. in l. fin. que est 7. tit. 8. lib. 1. ser. l. gl. 1. Sic intelligens l. illam idem probantem, quod nostra, nempe Que nungun escriuano publico sag. certia entre ningunos hom. es. menos de los conocer. Tenbitur enim pars dolo mutans nomen suum pena falsi, falsi, in princio: & in l. qui falsum, cum aliis ff. ad l. oriel. de fals. nec hoc praeiudicare debet notario, nisi probetur fuisse conscium, quod in dubio non presumitur, vt in l. maioram. C. de fals. & in l. verius. ff. de probat. & ad Ioan. And. ubi supra se remittit Greg. Lopez in l. 54. in gl. conozer. tit. 18. par. 3. expresse eandem partem sequitur D. Burg. de Paz in d. l. 3. Taur. 1. par. 7. concul. nu. 1280. & sequent.

Sed his non obstantibus contrarium in nostra questione mihi videtur tenendum, imo vt eo casu, quo tabellio cognoscat contrahentes, & de eorum agnitione fide facere debeat, iuxta hac l. requiritur, vt tabellio habuerit contrahentes prius notos, & sic sit certus de eorum nominibus atq; personis, habendo plenam notitiam eorum: quia ratio finalis huius Lea videtur esse, quoniam alias de facili posset decipi in nomine, committi falsum, vt inquit Bald. in l. final. §. cum igitur, numer. 10. C. de iure delib. pro quo allego l. 54. tit. 18. par. 3. ibi: T de no ser may aceso el escriuano. de v. abasar. se de conocer los hom. a quien haze las cartas, quien son, &

de que lugar, de manera que no pueda ni ser hecho ni en no enganna. Et sic ad euitandas fallitates hoc est introductum, quod etiam constat ex l. 2. tit. 19. eadem 3. par. 1. ubi sancitur, tabellionem loci oppidanum esse debere, vt partes melius cognoscat. Sed si iusticerit dicere talis, que se dixit Titium, prout existimauit Ioan. Andreas, facillime sepe ac sepius dolus ac fraus committeretur, fingens se contrahens alium quam vere sit, siq; altera pars deciperetur, ac Respublica cautelis & fraudibus abundaret, perarog. creditores, & alii contrahentes inuenirent, quem conuenirent, & dum plenam securitatem putarent se habere, fideles instrumentis publicis, ea penitus carerent: cui malo cupiens lex nostra mederi, disposuit vt tabellio fidem faciat in instrumento publico de cognitione partium, si eos cognouerit, aliis duo testes id declarent: igitur hac cognitio, siue tabellionis, siue testium perfecta integraque esse debet, talisque, vt ex ea consequatur effectus a nostra l. & mente ipsius conditoris praeferendus, aliis enim frustratoria, & abiq; effectu esset nostra l. si sufficeret, quod Ioan. Andreas dicebat: Quo fit, vt si tabellio, vel testes, fidem faciunt, vel deponant de praed. cognitione contrahentium contra rei veritatem affirmantes, tales contrahentes vocati quibusdam nominibus, quibus reuera non vocantur, led aliis, tenebuntur partibus lesis ad damna & expensas, etiam de facie dolo & preterea poena extraordinaria puniri poterunt, nam si ille adit, falsi punientur.

Secundo hac eadem sententia a parte conuincitur ex nostra l. in fin. verbis supra relatis: ibi, T si el escriuano conoziere al otorgante, de se en la subscripcion que le conoze. Nam si fidem facere debet, ergo de certo & sic affirmatiue id testati tenetur, Igitur si contra veritatem affirmet, committit falsum, & tenebitur ad id, quod supra dictum est quando dolo id fecerit: sin autem per ignorantiam, ad damna & expensas, & arbitrio boni viri alius punietur, quia ratione sui officii tenetur facere praed. fidem, quando contrahentes cognoscit. Nec obstat, quod Ioan. And. ubi 2. opponebat, nempe quod hoc esset quasi ad nihilum deducere instrumenta, si ficti non possent, nisi de personis prius notis, & sic non facile fieret de mulieribus iusticiis & extraneis, quod esset contra iura volentia probationes ampliari non relinquitur: quia respondeo, hoc inconueniens fuisse illi in nostram legem cu in sui principio disponat: Que si el escriuano no conoziere alguna de las partes que quisiere otorgare el contrato, o escriuano que no la haga ni reciba, salvo si las partes que a ansio conoziere, presentaren dos testigos que digan, los conozer, y que hazgan mencion dello en fin de la tal escriptura. Sicq; lex nostra no ardat praecise tabellioni ad cognoscendum se per partes, nec prohibet receptionem instrumentorum, si tabelliones partes ipsas non agnoscat: sed tunc prouidet, quod si partes duos producerint testes, qui eos agnoscat, recipientur instrumenta cum declaratione ipsorum testium super agnitione, aliis secus, & hoc modo probationes non restringuntur. Nec etiam obest, quod mutans dolo nomen suum, pena falsi teneatur, quod hoc non debeat praed. iudicare tabellioni inficio: nam imo nocere debet id, cum ipse teneatur, si agnoscat partes, fidem de hoc facere, & sic quod eas vere cognoscit. Non etiā obest, quod afferbat Burg. de Paz. ubi supra, nempe dicit l. 54. minime sancire esse necessarium tabellionem cognoscere contrahentes, sed tantum quod accurate partium notitiam acquirat, eorumque inuestiget nomina: quod huic negotio ab simile est, eodemque modo satisfaci dicit l. 1. tit. 9. par. 3. Nam fateor hoc necessarium minime esse, vt supra quoque memini: At tamen si tabellio agnoscat contrahentes, fide eius notitia facere, tenetur in subscriptione, vt in hac l. in fine. Ergo eo casu quo praed. fidem facere tenetur, cum certam atq; affirmatiue debet facere, & hoc est, quod vult nostra l. quod est at tigit Burg. de Paz ubi supra, num. 1279. non tamen recte perpendit.

SVMMARIA

- 1 Instrumentum publicum, in quo nec testes, nec tabellio fidem faciunt de agnitione contrahentium, vt l. Regia requirit, an sit validum, nec- nec- & nu. sequent. resoluatur cum distinctione, nu. 3.
2 Quando lex disponit, & vltra non procedit annullando actum aliter factum, & transgressio legis non vitiat dispositionem.
3 Ille qui alienum factum indagare tenetur, non presumitur habuisse illius facti ignorantiam.

Eadem l. 14.

QUESTIO CXLIV.

Quo circa secundo circa eandem l. an instrumentum publicum confectum a tabellio, & in quo non seruatur forma ab hac l. tradita, nempe quod, nec testes, nec tabellio fidem faciunt de agnitione contrahentium, nec de eo meminit aliqua sit validum, nec- nec- Et non validum. Primo facit, quia negari non potest, quin lex hac formam in proposito praescribit omnino seruandam. omissio autem formae inducit nullitatem actus, vt in leg. cum hi. si prator ff. de testam. & vtrud late Menchac. de success. creat. §. 4. numer. 1. Secundo, quia actus factus contra legem prohibitum est nullus, vt in leg. non dubium. Cod. de legibus. & ibi D. D. & in leg. cum ff. de iudic. cum simi. Sed lex hac prohibet aliter fieri & recipi scripturam, vt patet ibi, No haze ni rescalsio, &c. Igitur non valet. Tertio, quia si falsum quid hoc casu contingat, nominatus in instrumento, probata fallitate liberabitur, siq; instrumentum ipsum abfque effectu manebit.

Rursum videtur quod cum h. l. non habeat clausulam decreti irritantis, si aliter factum fuerit, prout statutum Bononiae hoc casu habet, prout referri Ioan. And. ad speculat. in Rubric. de fide instrum. col. 4. idem in titulo de teste §. velum. ar. & Abb. in eum causam, de teste. & ibi Felin. num. 11. non fit nullum tale instrumentum: praecipue cum haec lex non asserat potestatem tabellioni aliter facienda vel recipienda: quia non dicit: Non possit facere, nec recipere, sed non faciat vel recipiat: quare videtur, quod si aliter fecerit, vel receperit, valeat instrumentum quantum ipse tabellio extraordinarie puniatur, quia fecerit contra legem prohibitum, nulla tamen poenam imponentem, argum. de mo. maritres. Codic. de sacrosanct. Eccl. les. ubi §. off. Nam quando lex disponit, & vltra non procedit annullando actum aliter factum, & transgressio legis non vitiat dispositionem, vt refert esse communem opinionem Menchac. ubi supra, nu. 17. quamuis ipse ibi teneat contrarium: Praeterea lex hac in 2. part. dicit, T si el escriuano conoziere al otorgante, de se en la subscripcion que le conozer, continet praecipuum quoddam simplex, cui contraueniens tabellio punitur, non tam ob id tuas vires amittit instrumentum, cum h. c. lex hoc non declaret, nec de iure communi sit aliqua lex, quae ob hoc annullari instrumenta dicat.

Quid tenendum in hac quaestione: Et quidem sepe ac sepius hac de re cogitans & mecum animo euoluens dubius fui in ea: nunc vero habita matura deliberatione pro resolutione huius quaestiones sic distinguendum cenfeo in nostro casu.

- 1 Aut enim constat quod tabellio non agnouit partem contrahentem, & nihilominus non adhibuit testes, qui iuramento solemniter praecedente deponent de ag-

gnitione contrahentis, & tunc instrumentum huiusmodi erit nullum ex fundamentis supra adductis prohibitionem nostrae l. Et ideo hoc casu iuste consuluit Burg. de Paz in repet. l. 3. Taur. in secunda parte, concul. 7. num. 1184. scripturam in qua tabellio expresse afferuit praed. iuramento praetermissum, partem non agnoscere, non exsequendum. Vbi huic primam partem distinctionis tenet, scilicet vt quado tabellio partes non agnoscat, non receperit testes iuramento partes ipsas cognoscere firmantes, & sic in prima parte nostrae l. instrumentum sit nullum.

Aur vero tabellio partes ipsas agnoscat & comitte per nosram legem in secunda parte: quamuis securus esset id exprimere non tamen ob id annullabitur instrumentum per supra adducta, in secunda parte. Nec obstat hoc casu fundamenta prioris partis, quia lex nostra in sui prima parte, dum prohibet recipere instrumentum nullum, & loquitur, quando non agnoscat partes: at vero in hoc casu praesupponim contractum, & sic non loquimur in primo casu nostrae legis: praeterea secunda eius pars, quae in hoc secundo casu loquitur, non est ita stricta, nec prohibetua sicut prima, & sic nihil obest tota legis nostrae contextura huic secundo casui: quod & tenet Burgos de Paz ubi supra num. 1284. quem sequitur Io. Mat. enc. in l. 2. tit. 4. lib. 5. Noua Collect. Reg. gl. 7. nu. 6 licet sic non distinguat.

Tertius casus est, retento eodem t. h. m. e. cum da. biu est, an tabellio partes agnouerit, nec- nec- & hoc casu exilimo valere instrumentum: quia praesumendum est, eas cognouisse & recte officium suum gefississe, iuxta text. in c. ad audientiam, de praescript. & ubi notatur, & in l. si quis Decurio, C. de falsis, cum aliis que adducit Alciat. de praesumptio. Reg. 3. praesumptioe 3. Dec. concul. 451. in fin.

Secundo t. quia ille qui alienum factum indagare tenetur, illius facti ignorantiam habuisset non presumitur, vt patet ex text. in cap. 1. notis. unctio gloss. & ubi Abb. de elect. cum aliis adductis per Burgos de Paz ubi supra. nu. 1285 ubi dicit se aliqua vidisse instrumenta, quibus tabelliones partes agnouisse minime dixerunt, nec duos testes partes agnoscentes habuisses: & illis fidem fuisse adhibitam, eo praecipue casu, quo verisimile sit, tabelliones partes cognouisse, ex traditis in l. hac consultiissima, unctio gl. C. qui testamenta facere poss. & alibi, in quorum fauorem faciunt adducta per Dec. eo. s. 7. per totum. Et ita ego etiam vidi seruatum in praxi & obtinui in simili casu.

Procedit igitur nostra lex eo casu, quo constiterit, tabellionem partes non agnouisse, & duos testes de agnitione eorum minime recepisse, vt ipsa manifeste loqui videtur in illis verbis, Que si per ventura el escriuano no conoziere a ninguno de las partes, & c. Secus, vero cum tabelliones contrahentes minime agnouisse non pateat, & sic in dubio, quo casu nostra lex non loquitur vt ipse aduertit priuquam viderem Burgos de Paz, ubi supra, dicto numero 1285 qui ita eam intelligit Quo viso auctore gaudius sum, quia concurrit cum mea sententia.

SVMMARIA.

- 1 An decisio eiusdem l. procedat in testamentis.
2 L. 3. supra eodem, habet locum in testamentis.

Eadem l. 14.

QUESTIO CXLV.

Quo circa tertio circa eandem l. an ipsius dispositio procedat etiam in testamento in confectis per tabelliones, nec- nec- Et non procedere verius probabiliusque videtur.



ri affirmat Doct. Burg. de Paz in l. 3. Taur. nu. 1280. cuius sententiam probavit Martenc. in leg. 2. tit. 4. libro quinto. *Nona Collectio. Reg. gloss. 7. num. 6. & sequitur nouissime Doct. Azued. in hac l. 14. numer. 2.* citans pro hac parte Beroum *quasi. 30.* ubi loquitur in simili statuto: Hacque opinio procedit precipue, cum nostra lex nec alia instrumenta aliter facta annullat. Sed profecto, his non obstantibus contraria sententia verior est ac tenenda indubie, imo quod solemnitas & decisio nostra seruanda sit & in testamentis, in eis siquidem militat eadem ratio, que in contractibus: Ergo idem ius statui debet. *illud. cum vulgaribus. ff. ad l. A. quiliam. Et quia ubi est eadem ratio, dispositum in contractibus habet locum & in testamentis & contra, iuxta legem. Codic. de legat. cum similib. tradit late Euerard. in suis locis legalibus, loco 17.* Secundo, quia lex nostra non solum agit de contractu, sed etiam de scriptura, vt patet ibi, *Et tal contra. o. scriptura.* Sed testamentum coram tabellione confectum est scriptura, & instrumentum, ergo comprehenditur sub dispositione nostre lvi in terminis l. precedentis respectu subscriptionis partis, vt intelligatur etiam esse necessaria subscriptionem testatoris in testamentis per eandem legem & sub eius pena, latissime iure probauit, & tenet idem Burg. de Paz ubi supra, numer. 1089. cum sequentibus, & nos cum aliis supra *quasi. 142.* quicquid aliud in eisdem terminis, & minus bene meo iudicio, velit, & teneat fragili fundamento Auendan. in l. 4. & s. tit. de l. exceptiones, numer. 21. *versic. vnum tamen:* Quinimo hac secundam sententiam in terminis nostre legis videtur tenere idem Burg. de Paz ubi supra, numer. 1285. in illis verbis: *At scus quon contractentes seu testantes, tabelliones minime agnouisse non pateat, dicens ita vt supra, num. 1281.* concripta explicanda esse. Non etiam obest opinio Berou ubi supra, ille siquidem loquitur in testamento inter liberos condito, in quo vult defectum solemnitatis probatorie ad predictum statuto requisita, minime ipsum testamentum vitare, quod est diuerum a nostra *quasi. & in nostro Regno non procederet, exstante l. 4. Taur.* quae hodie habetur in l. 2. tit. 4. lib. 5. *Nona Collectio. Reg.* Neque quod l. nostra nec alia instrumenta aliter facta non annullat. aliquid praestat, quia in hoc tenenda est distinctio, qua supra in quaestione proxima praecedenti tenuimus, & nunc probamus, tandem in testamentis seruandam fore, sicut & in aliis instrumentis, & ideo merito praesertim tabellionum hanc secundam partem probauit: Nihil enim interest in specie nostra inter testamentum conficiendum per tabellionem, & alia instrumenta inter viuos.

S V M M A R I A.

1. An secunda sententia contra alimenta reuocatoria prima, iam exsequutioni iuridice tradita pro alimentis late debeat similiter exsequi, non obstante appellatione vel supplicatione a secunda sententia interposita, nec ne per ratam quaestionem, n. 5. auctores partis affirmatiuae referuntur: sed n. 6. & cum sequentibus contraria sententia probatur.
2. Aequalitas in iudicio seruanda est: & n. 14. quomodo hoc intelligatur.
3. Stante statuto vel lege, vt in aliqua causa non liceat nisi semel appellare, intelligendum est etiam in fauorem illius, qui obtinuit primam sententiam, sed postea suis alia contraria condemnatus, quia poterit semel appellare.
4. In causis exsequutionis prima sententia lata contra petitionem exsequutionem, qua in expensis condemnatur debet exsequi non obstante appellatione, ac si pro ea lata fuisset.

7. Non inuenitur iure expressum, quod secunda sententia contra alimentarium lata, qua prima exsequutione iam mandata reuocatur, debeat exsequi non obstante appellatione: sicut prima exsequutionem meretur in fauorem alimentorum.
8. Per appellationem causa reuocatur ad statum in quo erat ante sententiam, &c.
9. Per appellationem exsequitur iudicatum attentio praesentis status, ceterum respectu futuri euentus suspendit iudicatum.
10. Appellatione pendente non potest interim sententia exsequutionis mandari, &c.
11. In omnibus casibus in quibus appellatio de iure reuocatur, ipsa interposita non habet effectum suspensiuum, & index a quo absque metu attentatorum potest in causa procedere.
12. Sententia iudicis appellatiouis, quia in assequutione beneficij Ecclesiastici praesertim ius tanquam dignior prouiso ab ordinario per concussum, exsequi non debet durante appellatione ab ea.
13. Sententia de remate vniuerso dista, exsequutioni mandata cum satisfactione iuxta l. Tholes. non reuocatur exsequutione facta, licet in gradu appellationis sit lata sententia reuocatoria prima, si ab hac secunda fuerit appellatum.
14. Caualearius in decisione quaestiois principalis de qua supra nu. 1. deceptus.
15. Index appellatiouis & nullitatis reuocatur in pristinum statum inuoluta appellatione pendente.
16. Lata pro muliere sententia in causa dotis, & exsequutioni tradita, si ab ea appelletur, interim est in pendenti, an licite vel illicite sit attentatum.
17. Attentata appellatione pendente a sententia nulla, sicut valida, sed inuisa, sententia reuocanda, postquam fuerit iustificata appellatio.
18. Attentatorum cognitio non suscipit alimentorum praerogationem, & sic interim portio taxata soluenda est, etiam si contra inhibitionem Rotalam sit facta exsequutio pro alimentis.

L. 6. tit. 18. lib. 4. Noue Collect. Regie.

Q V A E S T I O C X L V I.

Q V A E R O. An secunda sententia contra alimenta lata, & sic reuocatoria prima, iam exsequutioni iuridice tradita pro alimentis late, debeat similiter exsequi, non obstante appellatione vel supplicatione a secunda sententia interposita, nec ne: Et pars quidem affirmatiua, & sic reuocandam esse prioris sententiae exsequutionem, & soluta reddenda tanquam attentata virtute prioris sententiae iniuste & nullae, vt res in eo statu remaneat, ac si exsequutio facta non fuisset, altui videtur ex sequentibus.

Primo ratione aequalitatis seruandae in iudiciis, argument. l. cum quidam, C. de fructibus & lit. expensis, cum similibus.

Hinc est, quod stante lege vel statuto, quod a sententia aliqua causa non possit appellari nisi semel, hoc etiam intelligendum est procedere in fauorem illius, qui primam obtinuit sententiam: sicut enim reus condemnatus semel potest appellare, & si appellatiouis sententia fuerit conformis primae, non potest condemnatus iterum appellare, quia iam semel appellauit: etiam si non fuerit conformis, sed reuocatoria primae, qui obtinuit primam sententiam fauorabilem, poterit ab hac secunda sententia prius reuocatoria semel appellare, alias iudicij claudicare iura probat Paul. de Caltr. *cap. 163. in ver. ponam n. 92.* & alios plures referens Borg. Canal. in 3. p. decis. 10 sub n. 41. Sic est etiam videndum, quod sententiam

sententia, quae virtute legis vel statuti debet exsequi, non obstante appellatione (veluti sententia de remate, in causis exsequutionis in his Regnis Hispaniae fieri ferat contra eum, qui exsequutionem petit, & in expensis condemnatur, debet etiam exsequi in fauorem rei, contra quem male fuit petita exsequutio, vt resoluimus supra hoc lib. quaestio. 119. Ergo ita & eodem modo in specie huius nostrae quaestiois principalis super alimentis exsequutionis prioris sententiae videtur dicendum, cum ipsa prima sententia sit reuocata per sententiam appellatiouis simul cum attentatis, ac perinde haberi debet, ac si prolata non fuisset: expectant igitur debet, tertia sententia, quae si conformis fuerit primae, tunc poterit denno exsequutio fieri virtute duarum sententiarum conformium: si vero secunda sententia, fuerit confirmata, nulla exsequutio poterit amplius fieri.

Secundo in terminis nostrae quaestiois hanc partem constantem tenet & probat late Caualecan. ubi supra, d. num. 22 per totum, nempe, quod vniuersa tantum sententia sit expectanda ad reuocandum attentata per viam iniustitiae & nullitatis, & non dux sententiae dicens, hoc esse verum, & ita per bonum ac rectum iudicem exequendum, & sententia Caes. Contard. in reper. l. vici, C. si de moment. possess. fuerit appellatum, que. 16. n. 16. cum fuerit declaratum bene appellatum, & Alex. consil. 2. num. 14. in fin. volum. 3. & Lancellos. de attentat. 3. part. cap. 21. num. 29. & quod est de decisio in terminis in exsequutione dotis, Bald. Nouell. in tractat. de dote, in vltima parte sub numer. 69. Tandem inquit Caualecan. ubi supra, ita fuisse iudicatum Papiae anno 1587 & quod ipse quoque iudicauit anno 1588. Sed & possunt pro hac parte adduci & defumi alia fundamenta ex Loren. Petr. Sured. de aliment. tit. 8. primae leg. 60. numer. 28. cum seq.

His tamen non obstantibus (prout vere non obstant iudicio meo) contraria sententia in hoc mihi verissima videtur & in praxi tenenda, imo quod lata sententia diffinitiuam super alimentis praestandis alicui eo casu, quo iure sit exsequenda hac prima sententia non obstante appellatione ab ea interposita. vt in specie l. 5. tit. 18. lib. 4. *Noua Collect. Reg. n. 9. pr.* Sobre dar gouerno a menores pegunhos, vel in casibus similibus, de quibus te per Petr. Sured. *dist. primae leg. 60. per totum,* si exsequuta fuerit, non reuocetur exsequutio facta tanquam attentata per secundam sententiam priori contrariam, si ab hac secunda fuerit legitime appellatum vel supplicatum, quoad vsque hac secunda sententia tranierit in rem iudicatam, vel alia & vltima sententia confirmetur, hocque iuridicis & solidissimis fundamentis comprobatur.

Primo, quia inuenitur iure expressum in hac specie, de qua agimus, quod priuilegium exsequutionis concedatur secundae sententiae contra alimentarium late, a qua sit legitime appellatum nisi tantum primae sententiae late in fauorem alimentorum, vt patet ex d. l. Regia 6. & similibus, quibus speciali fauore alimentorum cauetur, vt prima sententia exsequatur, non obstante appellatione: Alias enim retorqueretur in odium alimentarij, quod ob eius fauorem introductum est, contra regulam iuris vulgaris *leg. quod fauore, ff. de legibus.*

Secundo, quod cum exsequutio primae sententiae fauore alimentorum legitime facta sit, ea retractari non debet vigore secundae sententiae eiusdem primae infirmatoriae, appellatio legitime ab hac secunda sententia, est regulatritia & communi, que habet, quod per appellationem causa reuocatur ad eum statum, in quo erat ante sententiam qua ipsa per appellationem suspenditur, vt in l. 2. *versic. in fin. de panis, ubi dicitur: Eum*

accepimus damnari, qui non pronocauit. Ceterum si pronocauit, non dum damnatus videtur: text. in l. legationis, §. quid ergo, ff. de condit. indebiti. & in aliis pluribus iuris congectis ad hoc per Anton. Gomez. in l. 4. Tauri, nu. 6. Sed vltra eum est text. satis praestans ad idem in l. ff. nil nouar. app. pe. d. ibi, *insper enim status esse videtur pronocatio interposita: ergo etiam ratione ordine iustus sit, & pronocauerit, eadem ratio ratione potest eorum participare, imo appellatio reuocit causam ad pristinum statum, in quo erat post litem constatam, text. ubi Barr. Bald. & communiter D. D. in l. ita demum, C. de procur. secundum Marant. de ordinar. iudic. 4. part. in 6. dist. in l. princ. nu. 16. pag. mibi 144. & inquit l. 4. tit. 15. lib. 2. for. l. quod appellatio constituit causam in eo statu, quo erat tempore appellationis.*

Licet enim l. 1. s. ff. ad Turpill. dicat, quod pronocationis remedio extinguitur pronocatio, id quidem verum est, atque procedit attentio praesentis status: Ceterum respectu futuri euentus suspenditur, quia potest reconalescere, si desierat appellatio, & ita procedit gl. in dist. s. fin. ibi, *Neque exstriguitur omnino sed suscipitur, sic exponens textum illum & gl. magna in prin. in l. tale pactum, §. 1. ff. de pact. ubi Paul. de Castro num. 6. ita distinguit & intelligit hanc materiam dicens quod haec est communis opinio, & ubi Ioan. Orosc. num. 26 testatur esse magis communem, atque esse veritatem fateatur Iason ubi num. 5. sequitur Alex. ad in l. 1. num. 2. ff. de re iudic. ubi nu. 3. bene insert nec non & alios referens Doct. Couar. in practico quaestioibus, cap. 23. num. 1. Inde deducens non posse interim sententiam exsequutioni mandari, praeterim quia ea exsequutio esset in offensam iudicis ad quem pronocatum est, & ipsius iudicij, atque in damnum & iniuriam appellantis, quem admodum tradidere Alexan. consil. 99. col. 1. m. 3. Card. & Franc. in cap. bona memoriae de appellat. text. optimus de suspensione iurisdictionis iudicis a appellatum est, in leg. 26. tit. 13. part. 1. in vers. *Orrefsi tenemos por bien, &c.* Ergo habemus intentum.*

Nec dicatur, hoc ipsum dicendum forte stante appellatione prioris sententiae super alimentis lata, quoniam ea in specie cessat supra dicta communis distinctio & resolutio, siquidem iure cauetur, speciali fauore alimentorum, vt sententia prior Sobre dar gouerno a menores lata, exsequatur non obstante appellatione vt in d. l. 6. tit. 18. lib. 4. *Nou. Collect. Reg. cum similibus.* At vero hoc idem non reperitur iure cautum in sententia lata contra alimenta reuocatoria prima: ergo standum est regulae, & interim durare debet exsequutio facta prioris sententiae, quoad vsque secunda transeat in rem iudicatam, vel confirmetur, alioqui lite durante, necessarium esset iterum intelloqui super alimentis praestandis pueratori, siquidem dilationem non patiuntur, & dum breuitas atque celeritas in alimentis praestandis intenditur, lites in infinitum protenderentur, contra mentem & praecipuum iuris.

Tertio eadem nostra & verissima sententia comprobatur altera simillima iuris regula, quae habet, quod in omnibus casibus, in quibus appellatio de iure reuocatur, ipsa interposita non habet effectum suspensiuum & index a quo absque metu attentatorum potest in causa procedere, text. & ibi gloss. *verb. casibus, & communiter D. D. n. cap. non solum, ibi Exceptio casibus in quibus iura prohibet appellari, de appel. lib. 6. Franc. in d. c. bene, num. 36. de appellat. Doct. Couar. ubi supra, num. 7. Manfred. in practico consilij super attentat. 131. Roland. de Valle consil. 77. num. 20. & leg. lib. 2. Lancellos. de attent. appellat. pe. d. l. iuris. 25. num. 1. 2. 3. & 8. l. iuris. 13. num. 4. cum sequentibus & gloss. dist. cap. non solum, testatur communiter approbati, *Vltimo comm. opin. lib. 2. opinio 20. in cap. N. 2.**



atentata, in fin. & cum eo idem Lancell. d. l. i. m. 2. & 9. Conarr. ubi supra. Neque obstat secunda sententia in contrarium lata in gradu appellationis, quia ipsa non meretur executionem, cum ab ea sit legitime appellatum. Quinimo suspensa est, & causa reducta ad priorem statum, ut supra probauimus.

Quarto comprobatur ex traditis à nobis lib. 1. Canonico. quaest. non. cap. 3. sub numer. 113. ubi resoluimus, quod pendente appellatione vel supplicatione à prima sententia lata in iudicio possessorio ordinario contra illum qui obtinuerat in interdico del interim, non reuocatur interloquutio del interim præcedens executioni tradita.

12. Quinto fex his quæ deduximus libro secundo, Canonico. quaest. cap. 11. circa intellectum motus proprii Pii V. de provisione Ecclesiarum parochialium loquentis ubi resoluimus, quod sententia iudicis appellationis, qua in provisione beneficii per concursum præferatur alius tanquam dignior prouiso ab ordinario, qui est in possessione beneficii, non debet exsequi durante appellatione ab eadem secunda sententia contraria prima.

13. Sexto, quia stante iure nostro Regio, quod habet, ut sententia de remate vulgo dicta, in causis executionis exequatur præstita fideiussione retractus, iuxta legem Tholeti, non obstante quod ab ea sit appellatum, vel de nullitate dictum, sententia prædicta sic femel executioni mandata, non reuocatur executione facta, licet sententia in Regali Cancellaria lata sit infirmatoria prima, nisi demum altera confirmatoria secundæ sit pronuntiata, quoties à secunda fuerit supplicatum, quia ipsa per supplicationem est suspensa, ac proinde executionem non meretur: interim ergo prior executione, & sic solutio facta, vel possessio tradita virtute sententiæ de remate, in suo statu remanere debet, si quidem iure permitteat executione realis facta fuit præstita fideiussione retractæ, ut quotidie in praxi veritari videmus, & probat late Parlaro. libro 2. rerum quædam. fol. 389. num. 4. cum sequent. Ergo ita & eodem modo alimentarius hic, de quo agimus, interim quod pendet appellatio à secunda sententia contra eam lata, in sua possessione alimentorum tuendus erit: siquidem legitime prioris sententiæ executione facta sit, & secunda nullo iure fieri præcipiatur, quoties ab ea legitime appellatum existit. præcipue cum cautio seu fideiussio de alimentis reddendis, vel suam legitimam portionem computandis, in euentum quod ea habere non debeat, præstita fuerit vel præstanda offeratur.

Modo non obstant adducta in contrarium pro prima parte, & non quidem primum de æqualitate sententiarum in iudiciis, ne claudicare videantur. Quia respondemus, id quidem generaliter verum esse: fallit tamen in casibus specialibus à iure expressis, prout est hic in quo appellatio primæ sententiæ in fauorem alimentandi late non suspendit ipsius executionem, licet alias regulariter sit contrariū decisum. Idem etiam videmus in minore litigante cum maiore, ille namque restituitur, hic vero non.

Ad illud Pauli & aliorum, legis vel statuti præcipiatis, quod in aliqua causa non possit nisi semel tantum appellari, &c. respondemus, diuersum esse à nostra questione, ac proinde nihil probare contra nos.

Sic etiam non obstat illud quod de sententia prima in causis executionis supra adduximus, nempe, ut siue pro actore, siue pro reo lata, debeat statim exsequi, non obstante appellatione ab ea interposita, quoniam hic etiam diuersus casus est à nostra questione, in eo siquidem duæ sententiæ late sunt contrariæ in duabus instantiis: At in fundamento in contrarium adducto

vna tantum in prima instantia, ac proinde præfatum fundamentum nihil nobis obest.

Hinc fit, quod deceptum quidem fuisse Catalcan. dum probare nititur priorem opinionem in contrarium huic secunde verissimam ac tenendam, nec auctores eo citati eam in terminis tenent. Alexand. in quædam d. conf. 2. num. 15. lib. 2. dum inquit, quod sicut in noua pendente appellatione iudex officio reducit in pristinum statum, ita iudex nullitatis contemporane quo pronuntiat sententiam fuisse nullam, potest reuocare omnia attentata prætextu sententiæ nullæ, non dicit, quod à sententiæ informatoria primæ ratione nullitatis fuisset appellatum: quin potius dicit, quod saltem obstanta victoria super nullitate debet retractari iam facta executione sententiæ nulla: At victoria parva non dicitur, dum durat bellum, & sic existente dubio litis euentu propter appellationem. Similiter Contar. non aperit, quod esset appellatum à secunda sententia, nec etiam Bald. Nouell. loquitur, quando à sententia contra mulierem in causa dotis lata fuisset appellatum, qui est noster casus. Quinimo Bald. Nouell. nostram sententiam probare videtur in argumentum. Si quidem expresse inquit, quod lata pro muliere sententia, & exequuta, atque ab ea appellato, interim est in pendenti, an licite vel illicite attentauerit, ut probatur in d. c. n. solum. & lata postea contra mulierem sententia, apparet illicite attentate. Et ideo concludit, quod lata postea sententia in causa appellationis, contra ipsam mulierem bona interim adiudicata mulieri vigore primæ sententiæ reuocantur, & ab ea auferuntur. Supponit ergo his verbis Nouellus, firmam esse hanc secundam sententiam contra mulierem latam, si que ab ea non fuisset appellatum hoc namque si contingit, eodem iure cogendus esset dicere, durante appellatione debere etiam esse in pendenti, an licite vel illicite esset attentatum: vel saltem auctoritas hæc Bald. Nouell. & ceterorum adduci non potest, quoniam esset textus contra alimentarium in nostra questione, siquidem non loquuntur nuncupatim præcitati auctores, quando à secunda sententia est appellatum: in quo tota vis nostra questionis & opinionis consistit: At per viam iniustitiam patet, quod non debet reuocari præfata executione, quia interim pendet, an licite vel illicite attentatum sit: sed nec etiam per viam nullitatis, quia licet attenda appellatione pendente à sententia nulla, siue reuocanda, sicut quando appellatur à sententia valida, sed iniusta, ut per Lancell. un. de assenat. appellat. pend. de re. ampliat. 6. numero 1. & 2. Est tamen hoc intelligendum, ut reuocatio fiat per viam attentatorum, postquam fuerit iustificata appellatio, ut per eundem Lancell. un. de ibi supra, numero tertio. At appellatio à sententia alimentorum non suspendit executionem eorum, ut probauimus. Quinimo idem Bald. Nouell. ubi supra, in part. 7. special. in fin. expresse ait, quod et si sententia lata pro muliere in fauore dotis non suspendatur per appellationem, quando mulier est pauper: aliud tamen est quando sententia esset lata contra mulierem, quem citat & sequitur Menoch. de ad. p. p. poss. vend. 4. numer. 876 & Ioann. Petr. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 60. num. 21. cum seqq. Et ita merito fuit decisum per dominos de Rota, quod attentatorum cognitio non suspendit alimentorum præstationem, si que interim portionem taxatam soluendam esse, etiam si contra inhibitionem Rotalem fuisset facta executione pro alimentis, ut refert Lancell. ubi supra in 4. part. de priuileg. assenat. ca. tit. 3. num. 6. & 8. At quod sententia alimentorum sit reuocata, nihil præstat, si quidem ab hac sententiæ reuocata est appellatum, ut supponimus, ac proinde habetur, ac si reuocata non fuisset prima sententia: Scin terminis quod à sententia lata

lata contra alimentum, permittatur appellatio, secus si in fauorem alimentorum, quod effectum suspensiuum, tenet Ang. in l. si ff. de appell. recip. Menoch. ubi supra, & Petr. Surd. ubi supra, d. n. 15. cum seqq. ubi nu. 31. ad fin. quod statim hæc firma limitatio, quod si feratur sententia contra alimentarium, licet appellare.

S V M M A R I A.

- 1. Victor in causa principali potest appellare omnia condemnatio. e. expensarum, & n. seq. quomodo hoc intelligatur.
- 2. Fallit superior conclusio, quando victus generaliter, & indistincte appellauit à prædicta sententia.
- 3. Et quid sit dicendum in hac specie, quando iudex expresse absoluit à condemnatione expensarum victum, & n. 4. concordia assignatur.
- 4. Idem est, quies v. illis appellauit à sententia in totum, in quo ipsi præiudicat, & non aliter.

Q V Æ S T I O C X L V I I.

Q V Æ R O, victor in causa principali appellauit ab omni condemnatio. e. expensarum, & iudex in de leg. 2. an à summo Pontifice, vel eius Nuntio imperauerit, ut cognoscat de ea causa in gradu appellationis vna cum toto negotio principali: victus autem se potiorum in iudice impetrando contendit, victoremque nunquam prosperasse asseruit, expellendumque esse tempus intra quod ipse appellationem prosequi poterat: in suo victor dicit se licite præmissis reum in imperatione iudicis sibi que esse concessum vna cum toto negotio principali, ac proinde præferendum: Quæstio hæc sepe in praxi contingit, & iuxta diuersitatem casuum diuersimode indicatur, & sepe ac sepius victor ab omni condemnatione expensarum eo animo appellat, vt ad libitum impetret iudicem, & citius causa finiatur.

Quære pro vera resolutione huius questionis obseruandum erit.

1. Primo appellari posse ab omni condemnatione expensarum, etiam si huiusmodi appellans in causa principali sententiam pro se reportauerit, victo ab eo non appellante: ita tenet Bartol. numero tertio, Baldus, Salycet. & omnes in leg. final. C. quando prouoc. non est necesse. Abb. & Doctor. committunt in capitul. sig. significauerunt, de exceptio. ubi Abb. numero septimo, dicit hanc esse communem opinionem in d. l. final. & obique: idem tenet Speculat. in tit. de appellat. in versicul. 34. numero 1. Rot. decisio. 47. de appellat. in nouis, numero tertio, ubi num. 4. quod id seruat curia, & est mens dict. l. si. Felin. in d. l. capitul. sig. significauerunt, num. 1. est communis, ut testatur eam sequutus Gomez de Leon in sua iuris allegat. 72. num. 5. in versicul. sed si quis & re. et omnes in d. l. capitul. sig. significauerunt, teste Doctor. Conarr. pract. quaestio. capitul. 27. numero quinto, in versicul. sed si quis.

Secundo, quod (& nunc responderet ad questionem) quod victor non potest appellare ab omni condemnatione expensarum, quando victus in causa principali appellauit generaliter & indistincte ab illa sententia, tunc enim ex hac appellatione totum negotium deuoluitur ad superiorem, ac proinde & consequenter ipsa omisso condemnationis expensarum, quam victor etiam coram iudice partis victæ prosequi potest, & consequi reformationem expensarum, etiam si pars victa appellationem non prosequatur, quia est ins acquisitum appellato, vt possit illam inuito appellante prosequi: sic est verus casus dict. leg. l. si. C. quando prouoc. non est necesse, & ibi committunt Doctor. & Rot. ubi supra, Abbas alios allegans ubi sup. & ibi, Felin. dicens hoc esse regulare Doctor. Conarr. ubi supra.

3. Hoc tamen nonnulli intelligunt esse verum, quare

do prius iudex de expensis nihil dixit: secus si expresse ab eis absoluit reum, quia tunc oportet actorem vincentem in causa principali appellare ab illa absolute expensarum, nec alias propter transitum in rem iudicatam sibi præiudicatur super expensis, iuxta gloss. 2. in d. l. capitul. sig. significauerunt. iunctam textum, quam ad hoc notat ibi Antonius de Butrio & probat late Imol.

Sed contrarium tenet Abb. ibi, numero septimo, imo quod etiam in hac specie non possit appellari ab expressa absolute expensarum, nec sit necessarium, appellante victo à sententia simpliciter & indistincte, cum per eius huiusmodi appellationem tota causa deferatur ad iudicem appellationis, coram quo victor reformationem expensarum prosequi poterit: Et hæc opinio Abbatis est tutior secund. Felin. ibidem, numero secundo, ad finem, & meo iudicio verior, quia omittendo condemnationem expensarum, iudex videtur ab eis absolueret, sicut quando minus sufficienter condemnat expensis, videtur in residuo absolueret, ubi est petita certa quantitas, l. 1. secundum communem in melle. l. ubi, C. si aduersus rem iudic. etiam tamen per appellationem aduersarii potest victor consequi reformationem sententiæ, vt in d. l. leg. final. C. quando prouoc. non est necesse, nec differentia inter hæc duo assignata per Imol. ubi supra, realis est, sed potius verbalis, ideo non tenenda.

Poste tamen concordia assignari inter has duas opiniones contrarias, vt prima procedat, si reus victus appellatur, tantum à sententia in his, quæ sibi præiudicant, & non in aliis. Secunda vero opinio Abbatis, quando simpliciter & indistincte reus victus à dicta sententia appellauit, vt in limitatione & casu sequenti.

Tertio obseruandum est, victorem appellare posse ab omni condemnatione expensarum, quoties victus appellauit sententia in eo, in quo sibi præiudicatur, non in aliis: Cam enim tunc appellatio non suspendat sententiam, nec deferat causam ad iudicem appellationis quoad omniãam condemnationem expensarum quæ ipsi victo utilis est, non contraria, poterit victor ea ex causa prouocare: Ita tenet Abb. ubi supra, numero septimo, & post Iuan. Andream, & alios, & Felin. in d. l. capitul. sig. significauerunt, numero tertio. Idemque probauit Bartolus in d. l. leg. final. numero tertio, cum sequentibus, sequitur Doctor. Conarr. pract. quaestio. capitul. vigesimo septimo, numero quinto, versicul. sed si quis, & Gomez de Leon ubi supra, d. l. allegat. 72. numero secundo, ubi quod in hoc casu valet impetratio iudicis à victore facta.

S V M M A R I A.

- 1. Debitor debet solui vt sunt promissa, nisi debitor pecunia careat, & rerum suarum emorem non inueniat: quod procedit etiam in debito dotis, vt in n. 1. & sic amplius in debito dotis beneficium auri. hoc nisi debitor. C. de solut.
- 2. Creditor annuorum reddituum an compelli possit inuisu bona immobilia æstimata in solutum accipere id pro forte principali, quam pro redditibus decursis & decurrendis, vt que ad realium actionem in solutum, præcedentibus requisitis à iure, & n. seqq. per totam questionem, præcipue, num. 4. & 15. & 38. & quid sit tenendum, nu. 8. & seqq.
- 4. Ex rebus sua elementa in condendo beneficium debitoribus non valentibus solvere in pecunia numerata diligentia in substatandis rebus suis præcedente, emtoribus non inuenitis, vt bona in solutum reddere possint: nec sunt necessaria substatones, diuis.